

spectat enim aliorum eminentiam tanquam sui depressionem. Injustus est, cum nihil aliis se debere, sibi verò deberi omnia ab omnibus arbitretur. Non rarò libidinosus est, quia Deus animum per corpus deprimit, permittitque, ut ad suam confusionem in defectus graves labatur. Protervus est; nam reliquos universos cum fastidio, & contemptu intuetur. Im-misericors est, sibi ipsi, suisque commodis unicè intentus, alios, eorumque commoda, & incommoda sùsque déque habet. Quàm inauditum hominis monstrum! an non & tu tale es?

II. Qui aliorum peccatorum se reos nôrunr, à Deo recedunt, quasi ostensuri, se Deum à se offensum formidare. Sola superbia ad Deum usque extollere sese velle videtur; sed ut eum lacestat, ei que insultet. Quanta insolentia! Deus ei se opponit. Deus eum impugnat, Deus
ejus